

www.e-rara.ch

R.P. Mariani ab Angelis ... Examen theologico-morale

Marianus

Augustae Vindelicorum, 1769

Zentralbibliothek Zürich

Shelf Mark: Rs 290

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-40840>

Quaestiones in tractatum VII. De iure et iustitia ac caeteris virtutibus cardinalibus.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelnformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]



QUÆSTIONES
IN
TRACTATUM VII.
DE
JURE ET JUSTITIA
AC CÆTERIS VIRTUTI-
BUS CARDINALIBUS.

De Virtutibus cardinalibus in gene-
re, & in specie.

225. *Quæst.* Quid & quot sunt virtutes cardi-
nales?

Resp. Virtutes cardinales dicuntur illæ virtutes morales, ad quas reliquæ tamquam ad fontem suum reducuntur, & quibus omnis honestas moralis veluti quatuor cardinibus includitur; quare reliquis moralibus præcellunt, & communiter quatuor statuuntur, nimirum *prudentia, temperantia, fortitudo, & justitia.*

226. *Quæst.* Quid prudentia, quæ partes ejus?

Resp. Prudentia est recta agendorum ratio seu virtus moralis actionum moralium directiva: partes ejus integrales sunt octo: *memoria,*

De Jure &
ria, intellectu
voluta, cu
nomibus
protes vel
pendentia
reut actû
ektivæ seu
sonalis seu
conomica
blica, le
militaris,
cit: part
motius ad
facilitans
facilitans
gione faci
torem legi

Quæst.

Resp.
dentia: c
nullum ste
malum ste
Ratione m
diis & est
deceptoriam
execution
alia vitia
solicitudine
quæ ex t
posita no
tum distin
tatis in c
peccans
dentia,
prudens

Quæ
tes?

Resp.
moderati
sunt abfi

ria, intellectio, docilitas, solertia, ratio, providentia, circumspectio, & cautio, quæ ex suis nominibus abunde intelliguntur, ut quinque priores veluti præviæ conditiones ad actum prudentiæ prærequirantur, tres posteriores velut actus ejus eam comitentur: partes subjectivæ seu species prudentiæ sunt quinque, personalis seu monastica, quæ directioni propriæ, œconomica, quæ familiæ, politica, quæ reipublicæ, legislativa, quæ ferendis legibus, & militaris, quæ administrationi militari prospicit: partes demum potentiales, seu quæ remotius ad prudentiam reducuntur, sunt eubulia facilitans ad recte excogitanda media, synesis facilitans ad ferendum rectum judicium, & gnome facilitans ad simile judicium contra tenorem legis ad modum epichejæ.

Quæst. Quæ sunt vitia prudentiæ opposita? 227.

Resp. Imprudentia extreme opponitur prudentiæ: committitur autem 1. ratione finis, vel nullum statuendo & est *inconsideratio*, vel finem malum statuendo & est *prudentia carnis*. 2. Ratione mediorum vel non deliberando de mediis & est *præcipitatio*, vel adhibendo media deceptoriam, & est *fraudentia*. 3. Ratione executionis & vocatur *negligentia*. Sunt & alia vitia prudentiæ opposita, ut *dolus, astutia, sollicitudo nimia temporalium* vel futurorum, quæ ex terminis clarent: vitia huic virtuti opposita non constituunt aliquod speciale peccatum distinctum ab aliis virtutum moralium peccatis in confessione explicandum, nullus enim peccans dicitur proprie habere virtutem prudentiæ, atque ideo omnis peccans eo ipso imprudens censendus est.

Quæst. Quid temperantia & quæ ejus partes? 228.

Resp. *Temperantia* est virtus moralis, quæ moderatur voluptates corporis. Species ejus sunt *abstinentia moderans cibum. Sobrietas*

temperans potum. *Castitas* cohibens venerem. Partes temperantiæ sunt *mansuetudo* moderans iram. *Clementia* mitigans vindictam. *Humilitas* moderans appetitum excellentiæ. *Studiositas*, quæ inter socordiam & curiositatem incedit media; *modestia* tam in verbis quam factis & exteriore cultu vestium resplendens, *eutrapelia* quæ in recreationibus honestis rectum moderamen servat. Denique *verecundia* vel *honestas* retrahit ab inordinatis & inhonestis cupiditatibus.

229. *Quæst.* Quid fortitudo & partes ejus?

Resp. *Fortitudo* est virtus hominem corroborans ad superandas difficultates occurrentes in exercitio virtutum, sive dein ad aggredienda ardua, sive ad toleranda adversa, sive ad perseverandum in bono: hinc partes fortitudinis sunt *magnanimitas*, *patientia*, *perseverantia*, *confidentia*. Opponuntur eidem *timiditas*, *stupiditas*, *audacia* seu *temeritas* & *ignavia*.

230. *Quæst.* Quid de Martyrio?

Resp. *Martyrium* est voluntaria tolerantia mortis ex odio veræ fidei vel alterius virtutis christianæ inflictæ: ad hoc requiritur in adultis 1. ex parte intellectus vera fides. 2. Ex parte voluntatis pia voluntas tolerandi mortem pro confessione vel defensione fidei aut alterius virtutis supernaturalis, sive dein morte ipsa sequatur, quod est completum genus Martyrii, sive saltem sufficiens causa posita fuerit, ex qua naturaliter ipsa mors sequeretur. 3. Requiritur status gratiæ, vel legitima dispositio ad eam, qualis in peccatoribus est contritio perfecta.

231. *Quæst.* Quid iustitia & quæ virtutes ei annexæ?

Resp. Iustitia juxta receptissimam definitionem est constans & perpetua voluntas jus suum cuique

De Jure &
 cujus tribu
 gine duple
 seu fructe
 eodem ali
 dicitur illu
 que quis
 utis. V
 ritas, c
 omittit,
 bus debet
 Quæst
 veritatis
 Resp.
 virtus, q
 exhibemu
 ponitur m
 Quæst.
 Resp.
 tem, qua
 aliud sen
 ctione p
 sta supra
 illicitem
 dogma in
 Ne pro
 mentiri,
 quod sic
 rius.
 similiter
 utrumq
 Pernicio
 profit m
 suo est
 niale est
 peccatis
 Quo
 Resp.
 commut
 in com
 tractibu
 litas res
 personæ

cuique tribuendi. Per verba *jus suum* intelligitur duplex debitum *legale & morale*, legale seu stricte & proprie dictum est, ad quod reddendum aliquis lege adstringitur. Morale vero dicitur illud, ad quod alteri reddendum obligatur quis solum ex honestate cujusdam virtutis. Virtutes justitiæ annexæ sunt *Religio, pietas, observantia, obedientia, gratitudo, amicitia, affabilitas, veritas, & aliæ*, in quibus debitum morale resplendet.

Quæst. Quid hic intelligitur per virtutem veritatis?

Resp. Veritas, quantum ad præsens, est virtus, qua nos proximis tales dictis & factis exhibemus, quales re ipsa sumus, & huic opponitur mendacium.

Quæst. Quid & quotuplex mendacium? 232.

Resp. Mendacium est locutio contra mentem, qua aliquid aliud loquimur exterius, & aliud sentimus interius, coincidit cum restrictione pure mentali, quæ sicut juxta prædicta supra numquam est licita, ita semper illicitum est mendacium: hinc prognatum est dogma in Concil. Lateran. 4. sub Innocent. III. *Ne pro vita quidem defendenda licitum est mentiri.* Mendacium triplex est, *Jocosum*, quod fit voluptatis causa sine nocumento alterius. *Officiosum*, quod fit causa utilitalis, similiter tamen absque nocumento alterius: utrumque hoc est ex genere suo veniale: *Perniciosum*, quo alicui injuste nocetur, sive profit mentienti sive non: & hoc ex genere suo est mortale, quamvis per accidens veniale esse possit, ut suppono ex tractatu de peccatis.

Quæst. Qualis divisio justitiæ? 233.

Resp. Justitia superius definita alia est *commutativa*, alia *distributiva*. Illa versatur in commutationibus rerum, in pactis & contractibus faciendis, in quibus observatur æqualitas rerum, dati & accepti sine ullo respectu personarum: ut si debeas centum, reddas centum

centum vel quid æquivalens centum. *Distributiva* est, quæ commoda & onera communia, qualia sunt beneficia, exactiones, tributa &c. inter partes communitatis distribuit cum geometrica proportione ad merita, vel status conditionem.

234. *Quæst.* Quid proportio geometrica, quid arithmetica?

Resp. Proportio seu æqualitas *arithmetica* est æqualitas rei ad rem, e. g. tria ad tria, decem ad decem. Proportio vero *geometrica* est, qua singulis tribuitur, quod habere debent, cum inæqualitate tamen secundum inæqualitatem personarum: unde in justitia distributiva attenditur ad personas, earumque merita, qualitates, conditionem &c. non sic in justitia commutativa. Utraque hæc justitia dividitur in *præmiativam*, quæ pro meritis reddit præmia, & in *vindicativam*, quæ pro delictis infligit supplicia, & in quantum distributiva observat condiciones ac statum personarum, præmiando secundum condiciones singularum, atque similiter etiam punit eas secundum condiciones earundem, unde fit quod inferioris conditionis publicis subinde pœnis afficiantur, in dignitatibus autem constituti multa solum pecuniaria corrigantur: in quantum denique commutativa est, præmiat conferendo æqualiter præmia juxta æqualitatem meritorum, & punit similiter æqualia inferendo supplicia pro delictis nulla habita ratione conditionis aut status personarum.

De Jure.

235. *Quæst.* Quid sit Jus in genere & quotuplex?

Resp. Jus est facultas utendi re aliqua pro libitu suo sine injuria alterius: est duplex, *passivum*, seu obligatio præstandi, *activum*, seu facultas

De Jure
facultas exi
bet in aliqu
Quæst.
Resp. P
ctio erg
observans
in genera
men strict
tis ad tot
specialis,
ut civis
culo vitæ
prio &c.
totum ad
rum vel de
tiva, vin
seu propr
supponit
prietatis,
proprie t
quasi-pro
Quæst.
vel quasi
tis, vel q
Resp.
talem rei
habet jus
dominio.
foret pro
& habeb
tingit in
quis ab a
num (ut
traditam
dita def
hypothe
unde br
esse sob
detentio
securitat
Jus
non solu

facultas exigendi, quod utrumque fundari debet in aliquo titulo.

Quæst. Quotuplex titulus?

Resp. Primus est generalis, qualis est subjeccio erga legislatorem, ideo omnis legem observans justus vocatur, & hinc oritur justitia generalis. Secundus est specialis non tamen stricte talis, ut est mutua coordinatio partis ad totum, & vicissim, hinc oritur justitia specialis, quæ si ordinet partes ad totum, e. gr. ut civis defendat patriam etiam cum periculo vitæ, ut præferat bonum commune proprio &c. vocatur legalis, si autem ordinet totum ad partes, ut fit in collatione præmiorum vel decisione pœnarum, vocatur distributiva, vindicativa. Tertius est stricte talis, seu proprietatis vel quasi-proprietatis, qui supponit Dominum proprietatis vel quasi-proprietatis, & ex hoc titulo confurgit justitia proprie talis, ac jus rigorosum proprietatis vel quasi-proprietatis.

Quæst. Quid intelligitur hic per Dominum, vel quasi Dominum, item per jus proprietatis, vel quasi-proprietatis? 236.

Resp. Si res ejusdam sit vere propria, per talem rei proprietatem est vere Dominus, & habet jus rigorosum proprietatis, ut fit in dominio. Si vero res sit aliena, & a me quasi foret propria, retineatur, ero quasi-Dominus, & habebō jus quasi-proprietatis, & hoc contingit in tribus casibus, 1. in possessione, ut si quis ab alio, quem bona fide putavit Dominum (ut in re non sit) accepit rem sibi extraditam. 2. In servitute, quando res extradita deservit in utilitatem. 3. In pignore & hypotheca, quando deservit in securitatem: unde breviter 4. modis potest res aliqua nobis esse subjecta; 1. quoad proprietatem; 2. quoad detentionem; 3. quoad utilitatem; 4. quoad securitatem.

Jus ergo proprietatis est legitima potestas non solum libere de re aliqua disponendi, sed etiam 237.

etiam

etiam alios obligandi in commodum proprium, unde quilibet habet jus circa rem aut suam, aut a se possessam, aut sibi servitute, aut oppignoracione subjectam, quia potest immediate de illa disponere, quantum sibi quoad proprietatem, detentionem, utilitatem vel securitatem necessarium fuerit, sicque alios super hac re secum contrahentes, jus suum inviolantes, vel usum impediētes obligare, convenire, remove, denique mediate rem suam defendere, ac tueri: & hinc consurgit duplex jus proprietatis. Scilicet

Famosum illud *jus in re* & *jus ad rem*: *jus in re*, seu reale est, quo res ipsa immediate nobis obligata ac devincta est, & parit actionem realem, qua in judicio peto rem tamquam mihi immediate devinctam, & subjectam e. gr. si equus meus fuerit furto sublatu, potero eum repetere, ubicumque inveno, etiamsi alius hunc bona fide emisset, quia talis equus est immediate mihi subjectus. *Jus ad rem* seu personale est, quo non res ipsa, sed persona alia nobis obligata & devincta est ad rem illam nobis dandam, & parit in judicio actionem personalem, qua immediate agitur contra personam & factum illius: sic e. gr. si quis impediatur ab usu vel consecutione rei, respectu cujus habet jus ad illam, non potest in judicio rem ipsam repetere, sed instituit actionem personalem contra illum, qui ipsum injuste impedit, vel impedit ab usu vel consecutione rei.

238. *Quæst.* Quotuplex est actio realis?

Resp. Conformiter ad supra dictam quadruplicitatem juris est quadruplex; sic:

Juri reali in dominio correspondet actio realis vindicativa seu vindicatio.

Juri reali in possessione - - actio realis publiciana a Publico dicta.

Juri reali in servitute - - - actio realis confessoria a Juristis sic dicta.

Juri

Juri reali in pignore - - - actio realls hypothecaria, quasi serviana dicta.

Quæst. Quid est usus rei, quid usus fructus, & quid usus facti, sive juris? 239.

Resp. *Usus rei* est jus utendi re aliena tantum salva ejus substantia, sic habens usum equæ, potest ea uti pro suis necessitatibus, non tamen partem ejus accipere, item habens usum horti, potest in eo deambulare, poma, olera, & alia, quæ ibi nascuntur, ad suum suæque familiæ usum accipere, non tamen omnes fructus percipere, multo minus alienare. *Usus fructus* est jus utendi simul & fruendi re, salva ejus substantia. *Usus juris* est ipsummet jus sive facultas re quapiam utendi: *Usus vero facti* dicit ipsum actum, utendi, v. gr. actualem equitationem.

Fructus sive emolumentum rei dicitur, quidquid est ex re illa perceptibile salva ejus substantia, ejusmodi sunt in animalibus lac, lana, foetus &c. in fundis arena, fœnum, segetes, fructus arborum, virgultæ, arbores cæduæ non fructiferæ &c. Hic nota: usufructuarius posse fructus vel utilitates seu emolumenta rei percipere, alienare, vendere, donare &c. neutiquam vero usuarium, hinc plus est juris in usufructu quam in solo usu.

Quæst. Quid est usufructuarius, quid usuarius, & quid teneatur usufructuarius?

Resp. Usuarius, ut ex dictis liquet, est is, cui simpliciter usus rei alienæ est concessus: Usufructuarius vero est is, qui præter usum rei etiam fructum ejus percipit: ideoque tenetur hic 1. solvere impensas, quæ ratione fructuum percipiendorum fieri debent. 2. Tenetur præstare collectas, tributa, & similia, quæ pro re fructuaria debentur. 3. Tenetur rem, cujus usufructum habet, recte colere, v. gr. in locum arborum demortuorum novas supplantare, atque ad facta testata conservanda saltem minores expensas facere, nam ad magnas obligatur ipse rei proprietarius,

rius, quæ constant notanter ex illis verbis :
salva rerum substantia.

240. *Quæst.* Quid & quotuplex possessio?

Resp. Possessio est rei corporalis detentio tam corporis, quam animi & juris adminiculo: sic ager, vestis, aurum &c. possidentur 1. *corpore*, dum quis manu rem mobilem, vel pede rem immobilem tangit, aut signa rei accipit, ut claves, sceptrum, biretum &c. Imo etiam visa res attingi potest vel per se, vel per alium puta Procuratorem, Tutorem &c. 2. Possidentur *animo*, qui semper debet habere velle rem ut suam. 3. Possidentur *jure*, quando jus neque personam inhabilitat neque rem ad possidendum, sed nec resistit prohibendo: Res vero incorporales proprie non possidentur, ut sunt jus patronatus, jus hæreditandi, jus decimandi, jus piscandi &c.

Possessio alia est juris tantum, alia facti tantum, alia juris & facti simul. 1ma seu *civilis* fit solum animo & jure, ita ut absens quidem a rebus suis adhuc animo eas retineat. 2da *naturalis*, quæ fit solum corpore & animo, ut contingit in possidentibus rem jure possidendi carentibus. 3tia denique includit jus simul & animum cum actu possessionis: ex his prognascitur *Possessor bonæ fidei*, qui rem alienam possidet ita, ut ipse pro Domino habeatur, ac ipsemet bona fide credat se esse rei Dominum, secus *malæ fidei* possessor evadet.

241. *Quæst.* Quæ commoda aut privilegia possessionis?

Resp. Sunt potissimum sequentia: 1. *melio-*rem facit conditionem, quia *melior est conditio possidentis*. 2. Rejicit onus probandi in adversarium. 3. Tribuit administrationem rei possessæ tam naturalem quam civilem, ut etiam armis se contra invasorem tueri queat. 4. In bona fide aperit viam ad præscriptionem. 5. Si contingat Possessorem a possessione rerum exturbari, ante omnia debet fieri restitutio spoliati, quantumvis aggressor titulum alleget,

De Jure &
get, vel alia
tina.

Quæst. C
Resp. I
simum fert
ponendi d
rium comm
ajus conc
andum agr
iretum,
rietarius,
ni aliustr
n prædictu
si emolument
tur domini
fructus si
ficiat, voc
tum, & ta
riolos, p
ctu secund
impediretur
egis inhibi
nrogenitum
item uxori
aditorum, j
um & simili
nia non tan
noscumque
Prætere
t est potest
cipiendo, v
do, præmia
quod se ext
sed etiam in
causas crim
sum, que
dem sed n
leviores et
subigatione
Quæst.
eius de
P. Maria

De Jure & Justitia ac cæteris &c. 177

get, vel alia ratione suum esse contendat & similia.

De Dominio.

Quæst. Quid & quotuplex dominium? 242.

Resp. Dominium proprietatis, de quo potissimum sermo, est jus seu facultas quædam disponendi de re tamquam sua, & in suum proprium commodum, nisi lege prohibeatur: si tale jus concernat solam rei substantiam e. g. fundum agri, arborem &c. dicitur dominium *directum*, & Dominus compellari solet *propriarius*, quo nomine etiam compellatur ille, cui usufructus rei simul est concessus: si vero prædictum jus concernat solos fructus & rei emolumenta, ut segetes, fructus horti, dicitur dominium *utile*, si denique substantiam & fructus simul ita utrumque unam personam afficiat, vocatur dominium *plenum* sive perfectum, & tale dominium potest habere etiam furiosus, pupillus, prodigus &c. esto careat actu secundo domini, quia hoc non fit, quod impediretur jure reali alterius, sed per solam legis inhibitionem: similiter jus majoratus, primogenituræ, fideicommissi, jus mariti in dotem uxoris, jus altum Principis in bona subditorum, jus Patris in filium, tutoris in pupillum & similia non sunt dominia plena & perfecta, quia non sunt facultates disponendi de re ad usus quoscumque sibi placitos, sed sunt jura restricta.

Præterea dominium aliud est *jurisdictionis*, & est potestas gubernandi suos subditos, præcipiendo, vel prohibendo, judicando, puniendo, præmiando &c. aliud dominium *altum*, quod se extendit non solum in bona subditorum, sed etiam in eorum vitam & necem, hinc respicit causas criminales, & importat jus gladii. Aliud *bassum*, quod se extendit ad causas civiles quidem sed non criminales, interim tamen etiam leviores criminum punitiones, ut carcerem, fustigationem &c. intentat.

Quæst. Quis filius familias, quid peculium & cujus dominio subjaceant? 243.

P. Mariani Examen.

M

Resp.

Resp. *Filius familias* est filius legitimus nondum sui juris, sed sub patris, vel paternorum ascendentium potestate constitutus sive pubes sit sive impubes: ad pubertatem vero in masculis requiruntur anni quatuordecim completi, in feminis duodecim anni completi.

Peculium ex jure dicitur pusilla quasi pecunia sive patrimonium pusillum & quadruplex assignatur *castrense* nimirum, *quasi castrense*, *profectitium*, & *adventitium*. Primum acquirit filius in castris, & bona, quæ in castris militando acquiruntur vocantur *bona castrensia*, secundum acquiruntur ex officio quodam publico e. g. Medici, clerici, advocati, Professoris, affessoris &c. & horum bona sunt bona *quasi castrensia*. Utraque prædicta bona pleno jure, ac tam quoad proprietatem quam usumfructum semper pertinent ad filios. Tertium nempe *profectitium* dicitur, quod filius in rebus paternis negotiando lucratur, & hoc totum tam quoad proprietatem quam usumfructum Patri acquiruntur. Quartum denique est omne illud, quod filio familias advenit aliunde quacumque ex causa, puta ex testamento ab avo vel avia, vel etiam ab alio facto ex linea materna & matris intuitu, vel ex prospera fortuna & hujusmodi: atque horum dominium stat quidem penes filium, usumfructum tamen & administrationem habet Pater, quamdiu filius est sub sua potestate.

244. *Quæst.* Quæ & quotuplicia sunt bona uxoris, & sub cujus dominio?

Resp. Bona uxoris alia sunt *dotalia*, id est *dos*, quæ vel ab uxore, vel ab alio ejus nomine datur marito ad onera matrimonii sustinenda, nimirum ad alendam uxorem, liberos, familiam &c. alia *paraphernalia*, & sunt res illæ, quas uxor præter dotem adfert, sibi que reservat: alia *communia* seu acquæstus, quæ stante matrimonio ab utroque conjuge acquiruntur; denique *arrha*, *morgengeba* & similia sunt accessoria. Bonorum dotalium proprietates reman-

remanet uxor
usufructus a
tam prop
familiam, tum
ca: in h
retas &
bet uxor
nibus ac
ia, vel et
atæ.

Quæst.

tas, quid n

Resp.

tractu spon

ignus & sig

nimo dantis

bet illi, qui

salita largit

too dant in

intuitu nup

pleno reci

illud donum

ob concedit

hoc transit

ditionis, n

uetudo con

Quæst.

judges in ad

Resp.

note, vel

rationabili

piat, nisi

tem, si que

liter gravi

tionem ter

ex bonis

tamen u

nas mod

trimonii

peres si

donation

consuetas

remanet uxori, administratio vero eorum & ususfructus ad maritum pertinet, & hoc quidem tum propter alendam, ut dictum, uxorem, familiam, tum propter alia matrimonii onera subeunda: in bonis autem paraphernalibus & proprietatis & administratio seu dominium plenum habet uxor ex jure cæsareo: in bonis communibus acquisitis attendenda sunt pacta dotalia, vel etiam quantitas industriæ ad ea collatæ.

Quæst. Quid arrha, quid sponsalitia largitas, quid morgenatica, & sub cujus dominio? 245.

Resp. *Arrha* est, quam sponsi in ipso contractu sponsalium sibi mutuo tradunt tamquam pignus & signum futuri matrimonii, hæc est in dominio dantis & secuto matrimonio restitui debet illi, qui dedit. Ita dispositio juris. *Sponsalitia largitas* sunt ea munera, quæ sponsi mutuo dant in contestationem stabilis affectus & intuitu nuptiarum, atque hæc est in dominio pleno recipientis. *Morgenatica* denique est illud donum, quod maritus novæ nuptæ tradit ob concreditam virginitatem vel pudicitiam, & hoc transit in dominium uxoris in puncto traditionis, nisi obstet speciale pactum, vel consuetudo contraria.

Quæst. An & quomodo peccare possint conjuges in administratione prædictorum bonorum?

Resp. 1. Graviter peccare uxorem, si ex dote, vel ex bonis etiam communibus marito rationabiliter invito notabilem summam accipiat, nisi fors videat maritum esse dilapidatorem, sicque periculum dotis incurri. 2. Similiter graviter peccare maritum & ad restitutionem teneri, si notabile quid uxori furripiat ex bonis propriis ut paraphernalibus. 3. Possentamen uxorem marito etiam invito eleemosynas moderatas facere, suis etiam prioris matrimonii liberis aut consanguineis, si verè pauperes sint, applicandas: item alias etiam donationes ejusdem conditionis mulieribus consuetas facere. 4. Denique posse licite ex-

pendere, quæ ex parsimonia in vestibus vel aliis decentibus sumptibus sibi detrahit, sunt enim pleno jure ipsius; quod autem ad familiæ aut mariti bonum five corporale five spirituale expendit, non censetur fieri in fraudem, licet hoc clam faciat ob nimiam fortassis mariti tenacitatem.

246. *Quæst.* An homo habeat dominium vitæ suæ?

Resp. Homo non est Dominus vitæ suæ, neque membrorum, consequenter non potest seipsum licite occidere in ullo casu, neque mutilare, nisi ob conservationem vitæ. Ita communis omnium & docet ipse instinctus naturæ, universalis persuasio, reipublicæ utilitas, quæ cum damno passim diminueretur ob exiguas causas: quando vero medici vel chirurgi necessarium judicant, & sine dolore nimis acerbo fieri potest, potest quis, imo & tenetur uti abscissione alicujus membri, quia homo est administrator & custos sui ipsius, ac proinde tenetur adhibere media ad sui conservationem necessaria & ordinaria: quod si in abscissione talis membri pertimescendus foret dolor immanis, & ultra modum intensus, tunc posset quidem, sed non teneretur admittere, eo quod ordo charitatis ad se ipsum plus non obliget, quam ut ad sui conservationem utatur mediis ordinariis, & non admodum difficilibus ac extra ordinariis: hinc

Quæst. Utrum possit homo se ipsum occidere indirecte?

Resp. Potest non quidem intendendo, sed præcise permittendo mortem, ut conjunctam alicui omissioni vel actioni licitæ: pro qua sequentem regulam adfert P. Wagem. *Quando actio, quæ conjunctam habet mortem, consequeretur finem magni momenti, tunc licet mors non esset conjuncta, secuta tamen non foret indirecte intenta.* Ex qua infert licite posse quempiam I se præcipitare ex turri ad evadendum incendium, vel necem crudelissimam ab infe-

De Jure &
 sequente.
 ad vincendu
 dum hostem
 are, aut
 ad servatu
 are &c. i
 are ad
 nhere sibi
 miserias: e
 nibus fa&
 PP. affirma
Quæst.
 noris?
Resp. A
 le honorem
 it, sed etia
 licite diffiam
 propriam ho
 minus fama
 nationem ne
 ob connexio
 aret in de
 monasterii,
 al, sic Sup
 adicant offi
 in scandalo,
 id. dist. de
 De Do
Quæst.
 corum?
Resp. Su
 matrimoniali
 editatis, e
 mique lab
 istia seu
 laboris sac
 gendo &c.
 ona, quæ
 tum, admin

VII.
ibus vel
nit, sunt
ad fami-
sive sciri-
fraudem,
tallus me-
nium viz
vitæ sue,
non potest
neque me-
ita con-
tritas natura-
litas, ex
ob exigui-
nirurgi-
mis aceti-
etur uti ob-
no est admi-
inde tere-
tionem ne-
iffione ta-
lor inma-
polest qui-
eo quod
n obliget,
tur medi-
bus ac et
sam occi-
ado, sed
onjunctum
o qua le-
i. Quando
consequi-
licet mori
foret di-
olle quere-
radendum
a ab hinc
in-

De Jure & Justitia ac cæteris &c. 181

insequente. 2. Incendere turrim pulverariam ad vincendum hostem. 3. Ad submergendum hostem se cum eo in mare præcipitare, aut propriam navim succendere. 4. Ad servandum Principem se medium interponere &c. illicitum tamen fore se enecare in carcere ad evitandum infame supplicium, subtrahere sibi alimenta ad evadendas hujus vitæ miseras: exempla de Samsone, Razia & similibus facta fuisse ex speciali Dei instinctu SS. PP. affirmant.

Quæst. An homo sit Dominus famæ & honoris? 247.

Resp. Affirmative, tum quia homo famam & honorem propria industria non solum acquirit, sed etiam auget: tum quia potest seipsum licite diffamare ad petendum consilium vel ob propriam humiliationem, consequenter est Dominus famæ, per accidens tamen ob triplicem rationem non licet suam famam prodigere; 1. ob connexionem cum statu, si nimirum redundaret in despectum v. gr. status clericalis, monasterii, familiæ &c. 2. Ob rationem officii, sic Superior, Parochus malæ famæ præjudicant officio. 3. Ob charitatem, ne aliis sit scandalo, & causa ruinæ spiritualis aliorum. *vid. dict. de scandalo.*

De Dominio Clericorum & Religiosorum.

Quæst. Quotuplicis generis sunt bona clericorum? 248.

Resp. Sunt triplicis generis nimirum bona *patrimonialia*, quæ acquirunt clerici jure hereditatis, donationis, contractuum, & cujuscumque laboris profani. Bona *quasi-patrimonialia* seu *industrialia*, quæ acquirunt ratione laboris sacri, e. g. concionando, capellanum agendo &c. huc spectant reditus stolæ, seu illa bona, quæ obveniunt ex benedictione nuptiarum, administratione sacramentorum, dedu-
M 3 Etione

tionem funerum, item distributiones quotidianæ ac ipsa etiam bona *parsimonialia*, quæ clerici frugaliter & parciter vivendo sibi comparant ex proventibus in congruam sustentationem sibi concessis. Tandem tertii generis sunt bona *ecclesiastica* seu *beneficialia*, quæ titulo alicujus beneficii stabilis acquiruntur, & hujusmodi vel sunt *neccessaria* ad congruam sustentationem, vel *superflua* ultra congruam.

249. *Quæst.* Quale dominium circa prædicta bona clericis competat?

Resp. Clerici bonorum patrimonialium, & quasi patrimonialium, imo & parsimonialium habent dominium plenum, ita ut de illis libere disponere ac testari possint. Ita fere communior. Circa bona autem ecclesiastica & beneficialia probabiliter est eos esse Dominos reddituum necessariorum & superfluatorum, cum onere tamen hæc ultima expendendi in pauperes aliasque causas pias. Hinc observari majorem materię quantitatem requiri, ut peccetur graviter, quam in furto; cum enim clerici etiam superfluatorum Domini fiat, ut supponitur, non videntur ab ecclesia tam strictè obligari, major autem vel minor quantitas arbitrio prudentum decernenda est, spectatis nimirum tum redditibus beneficii, tum beneficiorum nobilitate, laboribus, meritis &c. obligatio autem superflua in pauperes erogandi oritur juxta quam plurimos ex sola lege positiva ecclesiæ.

250. *Quæst.* Qui intelligantur nomine pauperum, & quæ causarum piarum?

Resp. Nominè pauperum veniunt non solum pauperes simpliciter tales, & ostiatim mendicantes, sed etiam ii, qui non habent sufficientiam pro conservando statu, quales frequenter sunt etiam personæ illustres & nobiles. Nominè vero causarum piarum veniunt jam ipsi pauperes, monasteria, sodalitates, hospitalia, Missæ, capellanæ, altaria, templa, captivi, & quæcumque ad Dei cultum, ipsaque opera misericordiæ per se ordinantur; quidquid autem

De Jure &
tem ad alios
causa profat
nihiliter exc
vitis, larg
Obers
pote i. no
teorum de
tracta solv
iare nequ
iaribus su
peribus su
tiam status
& majoren
Fratri vel
ptus ad dif
Dotare puel
tiam sui sta
alere libero
sed etiam
plures.
Quæst.
ligiosis?
Resp. i
te dominu
tum, ubi
quam est
PP. Capue
2do. Domi
ni non est
hinc non
immobilia
juris solen
tibus, ac
teopi. Ita
solenniter
incapaces
poralium
nominè,
unde vul
natus,
quod mag

tem ad alios usus ordinatur obtinet rationem causæ profanæ e. g. dotare consanguineos, notabiliter excedere in supellectili, equis, conviviis, largitionibus &c. Ex his

Observa, Clericum ex redivibus superfluis 251. posse 1. non tantum sua, sed etiam consanguineorum debita licet ob finem profanum contracta solvere, si ipse vel ipsi aliunde id præstare nequeant. 2. Consanguineis uti & familiaribus suis respective & secundum quid pauperibus succurrere, & juvare, ut juxta decetiam status vivere, non vero ut eum augere, & majorem splendorem inducere valeant. 3. Fratri vel consanguineo suo subministrare sumptus ad discendas literas, vel alias artes. 4. Dotare puellas, ut honeste & secundum decetiam sui status nubere queant. 5. Non solum alere liberos suos ante clericatum susceptos, sed etiam post illum seu spurios. Ita quam plures.

Quæst. An & quale dominium competat Religiosis? 252.

Resp. 1mo. Religiosi professi possunt habere dominium in communi bonorum temporalium, ubi communitas est persona ficta: penes quam est dominium, ubi excipiuntur solum PP. Capucini & FF. minores de observantia. 2do. Dominium isthoc religiosorum in communi non est undequaque independens ac liberum, hinc non potest alienare bona sive mobilia sive immobilia nisi ex justa causa & servatis debitis juris solemnitatibus, atque assensu Summi Pontificis, ac in defectu hujus saltem assensu Episcopi. Ita communis & certa. 3tio. Religiosi solenniter professi sunt in particulari penitus incapaces omnis dominii, ac juris rerum temporalium, ita ut nemo eorum quidpiam suo nomine, seu tamquam proprium tenere possit, unde vulgatum illud: quidquid acquirit monachus, non sibi acquirit, sed monasterio, quod magis verum est, quam in servo.

Casus.

253. 1. Mulier advertens maritum suum pluribus obstrictum debitis, quam sit solvendo post inopinatam ejus mortem, antequam creditores invadant, tantum de bonis clam subducit, quantum suæ suorumque liberorum sustentationi necessarium judicat. Quær. 1. An hoc licite faciat, 2. an jurare possit se nihil subduxisse si ad id adigatur?

Resp. Ad utrumque affirmative, dummodo in jurando debitam adhibeat amphibologiam. Ratio primi est, quia si maritus vixisset, & a creditoribus ad solvendum compulsus fuisset, potuisset juxta communem DD. de suis bonis clam subtrahere & tantum retinere, quantum ad uxoris & prolium sustentationem necessarium arbitraretur, cum debitum alimentandi uxorem & proles alia præcedat: ergo idipsum poterit facere uxor. Ratio secundi est, quia ut dictum supra juramentum amphibologicum licitum est, quando adest gravis causa, supponitur autem talis in casu, alias namque mulier posset incurrere notam infamiæ, imò jacturam non tam bonorum, quam etiam sibi suisque ad sustentationem necessariorum, ideoque hac vel simili uti poterit restrictione sive amphibologia, nihil subtraxi de bonis, intelligendo de iis, quæ necessaria sunt ad meæ aut prolium meorum sustentationem.

2. Filius mercatoris in domo patris multum sua industria ei lucratur, dum interea sui fratres, vel studiis incumbunt, vel etiam otio indulgent: unde aliquam pecuniæ quantitatem incscio patre in compensationem sui laboris & industriæ sibi reservat. Quær. an hoc sibi liceat?

Resp. Probabilius negative: quia in primis jura indistincte loquuntur, nimirum quod filius ex re seu substantia Patris acquirit, inter profectitia bona numerari & patri acquiri; atque hinc

De Jure &
hinc nil filio
evitanda jur
si filius in
repelleretur
et pater, i
restitus, a
ur pater,
eat, con
trahere, o
est probabi
le foret in
pensatio.

3. Cler
ficii sui fat
rum. Qua

Resp. No
& Conciliis
ta fidelium
detrahta co
liqui erog
vel alios p
hac enim i
bus erecta
cus aliquar
ptione libro
fructus est
& aliorum
gat confor
rum & me

Demod

Quæst.

res, quæ

Resp. 1

numquam

ra, pite

Alia, q

sub cujus

tes vacan

sunt sub

perditæ,

hinc nil filio debetur, quod jura statuerunt ad evitanda jurgia inter filios & fratres: deinde si filius in tali casu peteret salarium, jure repelleretur, vel si etiam salarium addiceret pater, juste posset subtrahi vel victus vel vestitus, ad quem supposito salario non teneatur pater, cum filius eum aliunde lucrari valeat, consequenter non potest quidpiam subtrahere, opposita tamen sententia ad summum est probabilis, ideoque in debito incerto, quale foret in casu, non habet locum occulta compensatio.

3. Clericus omnes fructus superfluos beneficii sui sat pinguis insumit in lectione librorum. Quær. An licite?

Resp. Negative, quia cum ex SS. Patribus & Conciliis fructus beneficiorum vocentur vota fidelium, patrimonia Christi & pauperum, detracta congrua beneficiarii sustentatione, reliqui erogandi sunt in pauperum alimoniam, vel alios pios usus in honorem ecclesiæ & Dei, hac enim saltem intentione beneficia a fidelibus erecta sunt: unde poterit quidem Clericus aliquam beneficii partem insumere in emptione librorum, non tamen omnes beneficii fructus etsi superfluos, cum hoc in pauperum & aliorum piorum operum detrimentum vergat conformiter ad doctrinam plurium Doctorum & mentem SS. PP.

De modis acquirendi rerum dominium.

Quæst. Quotupliciter considerari possunt res, quæ cadunt sub dominium? 254.

Resp. Multipliciter 1. aliæ sunt: res, quæ numquam fuerunt sub alicujus dominio, ut feræ, pisces, aves, gemmæ, metalla &c. 2. Aliæ, quæ fuerunt quidem sed deserunt esse sub cujusdam dominio, ut thesauri, hæreditates vacantes & bona derelicta. 3. Aliæ, quæ sunt sub alicujus dominio sed incerto ut res desperditæ, unde etiam bona incerta dicuntur.

4. Demum aliæ, quæ sunt in dominio certo, five sacræ sint, five profanæ, five privati cuiusdam, five universitatis v. gr. portus viæ &c.

255. *Quæst.* Quot modis generatim acquiri solet rerum dominium?

Resp. Triplici modo 1. *Jure gentium.* Quod quidem contingere potest occupatione, nativitate, alluvione, specificatione, accessione, confusione, commixtione, ædificatione, plantatione, fructuum perceptione, & traditione.

2. *Jure civili & canonico,* quod contingit præscriptione & usucapione. 3. Privata hominum voluntate, ut fit in pactis, conventionibus, & contractibus. De his omnibus peculiariter in decursu quæstionum.

256. *Quæst.* Cujus fiunt res illæ, quæ nullius sunt dominii?

Resp. Jure naturæ ac gentium fiunt primo occupantis, quod constat ex leg. 3. *de acquir. rer. dom. quod enim nullius est, id ratione naturali occupari conceditur.* Quæ quidem occupatio, si quodammodo contrectetur ut manu levare gemmam, capere aviculam, pede insistere alicui portioni terræ &c. occupatio vera dicitur, *ficta* autem si solummodo per visum, procuratorem, aut signaturam quampiam contingat, nisi fors alia lege prædictarum rerum dominium alteri applicetur, uti fieri solet in hæreditatibus vacantibus, five bonis morientium sine hærede; in istis enim autoritate publica statutum est, ut non fiant primo occupantis, sed ex jure applicentur fisco. Si autem mortui sine hærede fuerint peregrini, eorum bona ex eadem dispositione juris applicantur per Episcopum causis piis.

257. *Quæst.* Cujus fiunt bona perdita seu incerta?

Resp. Juxta sententiam vere probabilem & in praxi securam fiunt inventoris bonæ fidei, adeoque inventor post præmissam frustra inquisitionem debitam in Dominum potest rem retinere, successive præscribere & completa præscriptione velut suam habere: in cujusmodi ten-

De Jure
tatione ex
ritatem hor
nature inst
quodammo
tendi reu
Quæst.
thesauri?
Resp.
bilis pret
jam domi
quoad do
est inven
pationem
mo imper
vst sibi P
talli fodin
philominu
do observ
magica er
judicis in
prio fun
de indult
ris, si aute
dimidium
toris, &
lem, vid
tentiam
industria
Domini
ob illata
sensu Do
denique
licite son
toris, &
vare, q
Qu
thesauri
Resp.
phitensi
rum, t
mino di
tinere t

tentione ex quotidiana praxi videmus communitatem hominum consentire, & ipse quoque naturæ instinctus id docet, dum inventores se quodammodo felices reputant ob spem possidendi rem inventam.

Quæst. Quid est thesaurus, & cujus sunt thesauri? 258.

Resp. *Thesaurus* est vetus depositio rei nobilis pretiosæ, cujus non extat memoria, ut jam dominum non habeat. Unde thesaurus quoad dominium ex jure naturali ac gentium est inventoris, quia jure gentium ante occupationem nullius est: ex jure autem novissimo imperiali, juxta alios, thesaurum reservat sibi Princeps tamquam regale, sicuti metalli fodinas, quamvis inventio occulta sit: nihilominus ex jure civili & communi hic ordo observandus: si thesaurus marte, & arte magica eruatur, totus est fisci per sententiam judicis in pœnam delicti: si thesaurus in proprio fundo vel etiam publico inveniatur sive de industria sive fortuito, totus est inventoris, si autem fortuito in fundo alieno e. g. arando dimidium erit domini fundi, & dimidium inventoris, & hoc, quia respicit æquitatem naturalem, videtur obligare in conscientia ante sententiam judicis: rursus si in fundo alieno de industria & sine consensu Domini, totus erit Domini fundi, & insuper puniendus inventor ob illatam violentiam alteri; si vero cum consensu Domini, standum est conventioni illorum; denique sciens alicubi latere thesaurum, potest licite fundum illum emere, absque injuria venditoris, & erutum inde thesaurum sibi totum reservare, quod constat ex parabola evangelica.

Quæst. Quid de feudatario vel emphiteuta thesaurum inveniente? 259.

Resp. Qui in fundo sibi in feudum vel emphiteusim concessio quærit, & invenit thesaurum, tenetur solum quartam partem dare domino directo, cum possit medietatem sibi retinere tamquam inventor, & de altera medietate,

tate subdivisa sibi retinere partem tamquam dominus utilis, quia licet thesaurus sit quæsitus data opera, non invenitur tamen in fundo totaliter, sed partialiter alieno: similiter si in eodem fundo tali modo inveniat thesaurum domino utili solum quartam partem, quia pro ipso etiam utpote aliquod dominium habente militat eadem ratio, scilicet quod non invenit in fundo totaliter, sed partialiter solum alieno.

260. *Quæst.* Quid de venatione, piscatione, aucupio, lignatione, & his similibus dicendum?

Resp. 1. Animalia ex natura sua mansueta seu domestica, ut oves, vaccæ, gallinæ, canes &c. non fiunt primo capientis, etiam si longius e conspectu domini aberrarint, quia propter naturalem consuetudinem revertendi censentur adhuc intra moralem suorum dominorum potestatem, unde ovem v. g. e faucibus lupi liberans eam domino restituere obligatur.

2. Animalia partim mansueta, partim fera, ut columbæ, apes &c. tunc fiunt primo capientis, quando extra prioris domini conspectum abierunt ita, ut non sit spes spontanei redditus, & a domino priori difficulter comprehendendi queant, quia sic censentur naturalem libertatem affecturæ: sic si columba tua associet se columbis Vicini tui, & in ejus columbarium inolet, amissa consuetudine revertendi ad tuum columbarium, transit in dominium vicini tui.

3. Animalia fera, sed hominum industria aut alio modo cicurata, etiam si aufugerint, manent in proprietate sui domini, nisi consuetudinem revertendi amiserint: si autem sint omnino fera & sylvestria (nisi sint in loco clauso ut feræ in vivario, volucres in cavea, pisces in piscina cinctæ) aut e custodia ita evaserint, ut nulla spes sit reversionis, fiunt omnino primo occupantis, atque hinc peccato furti peccaret, & restitutioni obnoxius esset, qui aliquod prædictorum e suis septis diriperet.

4. Si

4. Si pl
secundum, qu
quam facile
ratis, si
unde fug
nt laqueu
nat, erit e
de probabi

5. Cap
ratione per
dicitur cla
ris ut dic
publicæ ut
pore scetur
nimis min
nirum in al
pura exere
li venantes
pedibus lat
ex illicitis
etiam prop

6. Qui
pecora in sy
per se loqu
utionem si
tum, five a
accidens qu
cum collig
velle oblig
culpam, ac
ges notabile
tur, qui
pæ comm
ano, quia
bitio est pl
libus mate
mortale, e
æ, & uni
Principum
corum & t

Quæst.
quirendi n

4. Si plures concurrant ad capturam attendendum, qui vulneravit feram, & eam tamquam facile capiendam persequitur, est vulnerantis, si non persequatur, & speretur aliunde fuga elapsuram, est capientis: qui viscum aut laqueum posuit, alius vero animal eximat, erit eximentis tunc solum quando aliunde probabiliter erat evasurum.

5. Captura animalium potest esse illicita vel ratione personæ, quemadmodum clericis interdicitur clamorosa venatio, vel ratione temporis ut die festo, jejuniorum &c. vel ratione publicæ utilitatis, sic interdicitur venatio tempore foeturæ animalium, item piscatio piscium nimis minorum &c. vel ratione loci, si nimirum in alieno saltu, lacu, vel prædio capturæ exercentur: vel ratione damnorum ut si venantes equis, canibus, aut suis etiam pedibus sata conculcent, vineas destruant &c, ex illicitis ratione loci aut damnorum oritur etiam proportionaliter obligatio restitutionis.

6. Qui ligna cædit, herbas colligit, pascit pecora in sylva, arvis, aut alienis pascuis &c. per se loquendo peccat, & tenetur ad restitutionem si ejusmodi pertineant ad privatum, si ad communitatem alienam, nisi per accidens quis excusetur, ut si tantum modicum colligeretur, aut si sciretur Dominum velle obligare deprehenfos ad pœnam non ad culpam, ad quam obligati censentur, qui strages notabiles faciunt; similiter a culpa excusantur, qui prædicta practicarent in fundo propriæ communitatis, secluso tamen notabili damno, quia sunt pars communitatis, & inhibito est plerumque tantum pœnalis: in similibus materiis major requiritur quantitas ad mortale, quam in aliis furtis aut damnificatione, & universaliter observanda sunt peculiaria Principum statuta, mores incolarum, atque locorum & territoriorum leges ac consuetudines.

Quæst. Quid de ulterioribus dominium acquirendi modis dicendum? 263.

Resp.

Resp. Dominium generaliter acquiritur per accessionem, est autem accessio in genere, qua fit adjunctio rei alienæ ad rem nostram tamquam principaliorem: quod quidem varie potest contingere vel *naturaliter* ut alluvione, fœtura &c. vel *artificialiter* ut formæ inductione, pîctione &c. vel modo mixto ut implantatione &c. jam in particulari rerum dominium acquiritur.

1. *Nativitate*, per quam acquiritur etiam dominium eorum, quæ ex re quapiam v. g. animalibus nascuntur, ut qui habet dominium ovium, vaccarum &c. simul etiam acquirit agnorum, vitulorum &c. 2. *Alluvione*, qua insensibiliter beneficio fluminis portio terræ alienæ alterius fundo adjecta acquiritur. 3. *Frustrificatione*, qua ex re nostra e. g. arbore præductus fructus nobis accrescit. 4. *Specificacione*, qua materia aliena per inductionem novæ formæ jam prævalentis specificanti acquiritur, ut qui ex aliena lana vestimentum conficeret, hujus dominus efficitur cum onere tamen lanæ alienæ valorem restituendi. 5. *Adjunctio*, dum quid accidentale ad ornatum pretiosius illo sit, cui adjungitur, jure tamen adjunctiois acquiritur domino rei illius, cui adjungitur, e. g. gemma in annulo, quod si adjectum facile possit adimi tunc domino restituendum erit, ut si quis purpuram alienam vesti propriæ intexeret, hæc sine læsione vestis separanda & domino restituenda foret. 6. *Commixtione*, qua duæ materiæ solidæ, *confusione*, qua duæ materiæ liquidæ, ut e. g. vina & in priori pecuniæ, frumenta &c. indiscernibiliter vel inseparabiliter commiscuntur. In confusione nota, si utriusque voluntate, vel etiam si tantum unius, sed solum fortuito confusio facta fuit, manet utriusque: si de unius voluntate tantum & cum intentione acquirendi rerum dominium facta est confusio, attendenda bona vel mala fides confundentis, in mala tota massa cedit læso, in bona

com-

compranda
in commixt
teræ domin
tum est d
nam ita f
miciens lu
dominus to
personali r
7. *Edifica*
alieno sol
teria ædifi
materia in
minus mat
possit vend
tationem p
quis alienæ
erit, & e
terius erit.

tequam ra
fuerat, id
dicendum
lus transla
non nudis
runtur, ut
tunt duæ

Regula
adjudicane
alteri fiat
damni &c
tius rei d
stor sive
ratione p
mutabilita
mam red
conscient

De P

Quæ
ducta?

Resp.
ne imp
legitima

comparanda est ad invicem portio utriusque. In commixtione vero manet quilibet suæ materiæ dominus, circa quod speciale quid statutum est de pecuniis, nam qui alienam pecuniam ita suæ immiscet, ut discerni nequeat, miscens sive bona sive mala fide fecerit, fit dominus totius summæ cum obligatione tamen personali refundendi alteri pretium æquivalens.

7. *Ædificatione*, quæ est impositio ædificii in alieno solo, quod cedit solo, sive ex mea materia ædificem in alieno solo, sive ex aliena materia in meo solo, verum tamen quod dominus materiæ licet eam stante ædificio non possit vendicare, potest tamen petere compensationem pro materia. 8. *Plantatione*, sic si quis alienam plantam in suo solo posuit, ipsius erit, & e converso, si propriam in alieno, alterius erit, dummodo radices egerit, nam antequam radices egerit, ejus erit, cujus antea fuerat, idem de satione in agro, horto &c. dicendum. 9. *Traditione*, quæ est justus titulus translativus dominii, nam dominia rerum non nudis pactis, sed traditionibus transferuntur, ut jura habent. Ex his notandæ veniunt duæ

264.

Regulæ generales: 1ma est illi res tota est adjudicanda, cui favet accessio, ita tamen, ut alteri fiat compensatio impensarum, industriæ, damni &c. 2da est, illi favet accessio, ut totius rei dominium acquirat, cujus est pars potior sive ratione quantitatis pars major, sive ratione pretii pars pretiosior, sive ratione immutabilitatis, si nempe materia ad aliam formam reduci nequeat; hæc tamen pro foro conscientiæ requirunt bonam fidem.

De Præscriptione & Usucapione.

Quæst. Quid est præscriptio & quo jure inducta? 265.

Resp. Præscriptio hic pro actuali usucapione sumpta est formalis acquisitio dominii per legitimam possessionem continuata: per dominium

nium intelliguntur jura, servitutes, officia, & beneficia. Introducta est jure humano positivo tum civili tum ecclesiastico ob publicam quietem & utilitatem, ne incerta essent dominia, ne multiplicentur lites, & ut possessorum diligentia acuatur; non solum in foro interno, sed etiam in foro conscientiaë locum habet, adeo ut si præscriptio cujusdam rei sit legitime completa, talis non teneatur amplius ad restitutionem rei jam præscriptæ, esto postea certo cognoscat rem fuisse alienam. Ita Doctores.

266. *Quæst.* Quotuplex præscriptio?

Resp. Est duplex *positiva*, qua jus uni acquiritur, & alteri adimitur sive dein jus in altero præexistens transferatur in præscribentem, sive penitus extinguatur, & simile de novo in præscribente producat; alia *privativa*, qua nullum jus præscribenti acquiritur, jus tamen alterius, contra quem præscribitur, perimitur & annullatur; harum alia est ordinaria, quæ habetur completo tempore ordinario, e. g. 10, 20. annorum, alia *extraordinaria*, quæ 30, 40. & pluribus annis completur.

267. *Quæst.* Quæ conditiones requiruntur ad præscriptionem?

Resp. Conditiones sunt quinque his notis versibus expressæ:

Non usucapies nisi sint tibi talia quinque:

1 sit res apta, 2. bona fides, 3 sit titulus quoque justus,

4 possideas juste 5 completo tempore legis.

Circa quas nota 1 possessio mere naturalis non sufficit ad præscriptionem, sed debet esse civilis, id est animus possidendi cum juris adminiculo, vel mixta ex naturali & civili, ut sup. de possessione dictum. 2. Bona fides, quæ quantum ad præsens, est judicium prudens & moraliter certum, quo quis prudenter sibi persuadet rem esse suam, talis bona fides in præscribente regulariter præsumenda est, nisi mala

per

per graves rationes probatur: 3. hæc bona fides vel potest esse solum *negative bona*, quæ est mera nescientia rei, vel potest esse *positive bona* seu positiva & gravis ratio rem esse meam. 4. Debet esse non qualiscumque sed necessario fundata in aliquo titulo justo.

Quæst. Quid hic veniat nomine tituli?

268.

Resp. Titulus justus non quidem verus & a parte rei subsistens, sed coloratus vel rationabiliter præsumptus, seu ex facto alieno existimatus, sive titulus putativus, qui justo errore putatur intervenisse, quamvis re ipsa non intervenierit: tales tituli sunt e. g. emptio, hæreditas, donatio, legatum, transactio &c. et licet ad omnem præscriptionem non requiratur titulus, requiritur tamen bona fides, & quidem ad illam inchoandam fides positive bona, ad continuandam autem sufficit negative bona, ut ita tuto possit superaddi dictamen ultimum moraliter certum de licentia præscribendi mediante possessione, quia quidquid non ex fide est, peccatum est, ut dictum supra.

Quæst. Quæ præscribi non possunt?

269.

Resp. Præscribi non possunt 1. res sacræ & religiosæ, ut calices, templa, cœmeteria &c. 2. Res communibus & publicis usibus destinata, ut fora, plateæ, pontes, fontes &c. 3. Jura ecclesiastica & spiritualia, ut jus decimandi, eligendi vel conferendi beneficia ecclesiastica: item contra subjectionem erga sedem Apostolicam, contra immunitatem ecclesiasticam, contra res ecclesiæ male alienatas nulla datur præscriptio. 4. Nec jura Majestatis, ut jus exigendi homagium, ferendi leges &c. nec res pupillorum, nec hæreditates, neque actus meræ facultatis, hoc est ii, qui libero cujusque arbitrio sunt permitti, ut ire per publicam viam, adire commune balneum, forum, ecclesiam &c. nec res furtivæ, aut vi possessæ, donec vitium purgatum fuerit, præscribi possunt. Plura vid. apud Jurisconsultos.

P. Mariani Examen.

N

Quæst.

270. *Quæst.* Quid in præsentī materia circa tempus, personas, & bona observandum?

Resp. 1. In hac materia tempus *breve* dicitur, quod est minus decennio. *Longum* est spatium decem annorum inter præsentēs & viginti inter absentes. *Longissimum* est triginta aut quadraginta annorum. *Immemoriale* quod transgreditur memoriam hominum etiam feniorum.

2. *Præsentēs* dicuntur ii, qui in eodem territorio aut provincia licet non in eadem civitate habitant. *Absentes*, qui in diversis provinciis, sive deinde res præscribenda sit, sive non sit in eadem provincia.

3. *Bona mobilia* sunt res corporales, quæ loco moveri possunt, ut pecunia, animalia, naves, vestes, ad quæ revocantur debita & actiones, quæ ex rebus mobilibus competunt. *Immobilia* econtra sunt, quæ loco moveri non possunt ut prædia, domus, agri, huc revocantur jura, servitutes, census, ususfructus, beneficia, item debita & actiones, quæ ex rebus immobilibus competunt, aliaque jura ad illa spectantia.

271. *Quæst.* Quale tempus in prædictis exigit præscriptio?

Resp. Res mobiles privatorum cum titulo & bona fide præscribuntur tribus annis; sine titulo autem requiritur spatium 30 annorum: res autem immobiles privatorum cum titulo requirunt spatium decem annorum inter præsentēs & viginti inter absentes: sine titulo autem utrobique requiruntur triginta anni, & totidem annis proportionaliter præscribitur prædictarum rerum actioni. Deinde quod tempore brevi vel longo præscribitur cum titulo colorato, id sine titulo indiget tempore longissimo, & quod cum titulo exigit tempus longissimum, illud sine titulo indiget tempore immemoriali: de actionibus etiam id generaliter notandum: quantum tempus requiritur ad præscribendum, tanto tempore durat actio: denique

De Jure
que servit
bilis eti
in præsc
viginti an
bet ostend
que nume
timus die
gro. Ex
Quæst
Resp.
aliens in
personal
diate in c
ctu, habit
deservit in
na meze d
dividitur in
quæ servit
cipaliter a
recreando
rustico si
das fruge
usus rusti
bana sunt
ritoris præ
rustica ve
olitorii &
Servit
quid faci
immittent
quæ est
quam faci
effringat v
vitus real
ad contin
cto homi
enim fen
indiget n
vna, quæ
indiget fa
alterius fi
ovo sa

que servitutes affirmativæ & negativæ probabilius etiam discontinuæ præscribuntur universim præscriptione longi temporis decem vel viginti annorum, quibus præscribens solum debet ostendere usum, non titulum: tempus quoque numeratur de die in diem, hoc est, si ultimus dies illuxit, statim computatur pro integro. Ex his

Quæst. Quid & quotuplex servitus?

272.

Resp. Servitus est potestas disponendi de re aliena in proprium commodum. Dividitur in *personalem*, vi cujus res aliena deservit immediate in commodum personæ, ut fit in usufructu, habitatione &c. in *realem*, vi cujus res deservit in utilitatem rei alterius, ut arca aliena meæ domui aut prædio utilis. Realis subdividitur in urbanam & rusticam, *urbana* est, quæ servit prædio urbano, id est ædificio principaliter ad habitandum, negotiandum, aut se recreandum destinato. *Rustica* servit prædio rustico sive ædificio principaliter ad reponendas fruges, alenda pecora, & quoscumque usus rusticanos destinato; ejusmodi prædia urbana sunt ædes, diversoria, etiam stabulis meritoriis prædita, domus hortenses, horti &c. rustica vero horrea, stabula pecorum, horti olitorii &c. rursus

Servitus alia est *affirmativa*, & est jus aliquid faciendi in fundo alterius, e. g. tignum immittendi in parietem alterius, alia *negativa*, quæ est jus, quo alter prohibetur, ne quidquam faciat in fundo suo, ut ne fenestram e. g. effringat versus domum alterius: denique servitus realis alia in jure vocatur *continua*, quæ ad continuationem suam non indiget novo facto hominis, ut patet in jure tigni, quando enim semel tignum est immissum in murum, non indiget ulteriore hominis facto: alia *discontinua*, quæ quantum ad continuationem novo indiget fato, e. g. servitus eundi, plaustra per alterius fundum ducendi, quæ utique absque novo facto non dicuntur continuari. Inter

